Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



128

diabolica dediti erant· quia cham callidi tas interpretatur 7

Et abstulit sicut oues populum suum · & pduxit eos tamquã gregem in deserto 7

Et dedux eos in spe & non timuerũt · & inimicos eorum operuit mare 7

Et induxit eos in montem sci ficationis sue · montem quẽ adquisiuit dextera eius 7

Et eiecit a facie eorum gentes · & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis 7

Et habitare fecit in tabernaculis eorum · tribus israhel 7

Et temptauerunt & exacerbauerũt dm̃ excelsum · & testimonia eiũ n̄ custodierunt 7

Et : auerterunt se & non seruauerũt pactũ · quem ammodum patres eorum 7

Conuersi sunt in arcũ prauũ · in ira concitauerũ eum in collibus suis 7

Duca enim nos sumus in spe a terra egypti · id est a tenebris peccatorum · qui fidei lumen accepimus 7 Et inimicos operuit mare 7 cum nos abluebamur in baptismo · diabolus mergebatur in abysso 7

Eiecit a facie nostra gentes · quando a nobis barbarici et inimites fugiũtur errores 7 Diuidit terram · cum pro sua gratia uni cuique bertum dederit portionem regni dei 7

Tunc dicit contumacia iudaeorum · qui dnm̃ temptauerunt · et monita eius non custodierunt 7

Arcus prauus · malitia est peccatorũ · quę n̄ eminus uulnera iacula · sed in se magis spicula directa cũuertit 7 quia dolosus dum nitit aliis ingerere plagas · in se conuertere potius suas probatur insidias 7 colles · supbas sigt cogitationes 7

Nam cum dixit oues et gregem · significat populum xpianum qui in hoc saeculo tamquam in deserto pascitur · si mundanarum rerum desideria non sequatur 7

Mons sci ficationis · sca ecclesia in latitudine fidei sublimata 7 siue superna illa caelestis hierusalem · in quam populum di sua gratia saluator introduxit 7

Ergo tribus israhel · id est iudentibus dm̃ · dabit in habitare tabernacula · quae ante ruinam superbiae · adhuc innocentes angeli possidebant 7

Auerterunt se quos nec uirtus nec beneficia mollierunt diuina · sed sicut patres occiderunt prophetas · ita et isti ipsum dm̃ persecuntur 7